

CLARISS. V.  
DN. HEINRICI BVL-  
LINGERI ECCLESIAE TIG.  
ANTISTITIS FIBISS.

RATIO STUDIORVM,  
SIVE

*De institutione eorum, qui stu-  
dia literarum sequuntur,  
libellus aureus.*

ACCESSIT EODEM

*Dispositio locorum communium, tam  
Philosophicorum, quàm  
Theologicorum.*

ITEM,

Christiane fidei perspicuè & breuiter pro-  
posita quædam axiomata, cum Missæ  
Pontificiæ refutatione, & in eam  
præstantissimorum Theo-  
logorum selectis-  
simis thesib.

*Omnia nunc primùm congesta, &  
luci recens commissa.*

TIGVRI,  
EXCVDEBAT IOHANNES  
VVolphius. M. D. XCIII.

*Bibliotheca Circa J. J.  
Joh: Jacobus Wagnerus.*

MEDICINAM QVOQVE  
 & Iurisprudentiam esse attingendam.

**P**Ræstat etiam Medicinam attingere, vt  
 vel gustum habeamus rerum medica-  
 rum. Est autem hæc professio ad modum  
 nobilis, id quod eleganti oratione Erasmus  
 edixit. Plurima de hac re sunt etiam apud  
 Plinium. Per Iurisprudentiam verò tantū  
 Cæsareū siue civile Ius intelligimus. Nam *Iurispru-*  
 Pontificium ius summa est iniuria, barba- *dentia.*  
 rics, tyrannis, iniquitas, omnibus modis è *Ius pontifi-*  
 Christianorum Republica explodendum. *cium sum-*  
 Plurima scribit de Iurisprudentia Cicero *ma iniure*  
 de Oratore primo, eum tu lege & videbis *est.*  
 Iurisprudentia homini ingenuo & Studio  
 suo nihil perinde necessarium esse.

QVI AVTORES POTISSIMUM  
 in istis omnibus professionibus  
 legendi

**O**stendimus quomodo legendi sint  
 Philosophi, Poetæ, Oratores, Hi-  
 storici: & quàm necessaria sint ingenuo ho-  
 mini ista omnia, quodq; non oporteat ne-  
 gligere Mathema. Medici. & Iurispruden-  
 videmus verò qui potissimum authores,

## DE INSTITVTIONE

ista tradentes legendi sint. Ergo cui cordi est varietas sic vt malit ex vno libro & auctore rerum pariter omnium delibare gustum, is legat historiam mundi à Plinio 37. libris absolutam: in hoc enim auctore inueniet Elementorum, Astronomiæ, & Geographiæ rationem, rerum, animalium, arborum, fructuum, plantarum, herbarum, radicum, metallorum, gemmarû, naturas: medicinæ traditionem, & morum institutionē, Philosophicas disputatiōes, &c. Legat Lodouicum Cœliû antiquarum lectionum scriptorem. Qui & ipse omnes ferè professiones attingit, & complures in authoribus difficiliore locos excutit, qui à studioso non sunt oscitanter transeundi, sed cum ipsis conferendi auctori nonnunquam, & scriptoribus ipsis assignandi. Legat & Erasmi Adagiorum opus, Apolline dignum, omniumq; bonarum artium fasciculû prætiosissimum. Legat Auli Gellij Noctes Atticas, multijuga eruditione refertas. Inueniet in hoc Philosophicas disputationes, poetica inuolucra, historias, & oratoria. Breuiter, quicquid est bonarum artium breues libri complectuntur. Leget Macrobiû in Somnium Scipionis quam maxime Philosophantem, & mathematicis intentum

*Plinium legendum commendat.*

*Lodouicum Cœlium.*

*Erasmi Adagiorum Opus.*

*Auli Gellij.*

*Macrobiû*

tentum: Legat eiusdem Saturnalia, Poetarum maximè verò Vergilij, commentaria. Et Septimius totus Naturalé philosophiã pertractat. Legat Raphaëlis Volaterrani *Raphael Volaterrano* philologiam omnia semel ad Plinij imitationem ex omnibus authoribus attingentem. *1116.* Quibus iungi possunt Politiani Miscellanea. Ex Philosophis legendum putaverim imprimis Senecam, diuina philosophanté: Deinde vero Ciceronis fines, Tusculanas quæstiones, Officia, Academicas Quæstiones, Diuinationem, & Naturá Deorum. Et sane vt mea fert opinio, nihil est in omnibus philosophorum libris scitu dignum, quod apud hos non inueniatur.

Ex Poëtis ante omnes legendus est Vergilius. Si enim petis rem rusticã, habes Georgica. Si historiam, Oratoriam, Fabulas, & perfectissimam Philosophiam, habes Æneida. Posthunc legendus est Horatius. Nam hic in epistolis mores instituit in Satyris vitia culpat, in Odis poema concelebrat, in arte Poësi informat. Legendus item Ouidius, & initio quidem si fabulas & abstrusa Philosophorum quæris, habes Metamorphosin: Si Ius Pontificium & temporum rationé, habes Libros Fastorum. Si porro velis efficacissimam oratoriam, habes He-

## DE INSTITVTIONE

*Historicis*

*poeta.*

*Stattus.*

*Silius Ita-  
licus.*

*Satyrici.*

*Iuuenalis.*

*Persius.*

*Flaccus.*

*Comici.*

*Terenti u*

*Plautus.*

*Ex Tragi-  
cis.*

*Seneca.*

*Epigram-  
mata.*

*Martialis*

*Ausonius.*

*Pruden-  
tim.*

*Oratores.*

*F. Quintili*

*anus.*

*M. Cicero.*

*Historici.*

*Salustius.*

*Tit. Liui.*

*Iustinus.*

*Suetonius*

*Cesar.*

*Valer ius*

*Antonius*

*Sabellius.*

roidum Epistolas. Reliquos huius amato-  
rios libros ego non magnifecerim. At Hi-  
storici Poetę sunt: Lucanus, ciuilia bella de  
scribens: Stattus, Thebaica: & Silius Itali-  
cus Punica: de Satyricis prius commemo-  
rauimus Iuuenalem ac Persium cum Flac-  
co. Ex comicis proposuimus Terentium,  
Plautum: Ex Tragicis Senecam. Quod si  
velis, Horatium amplectere Lyricorum  
more. Epigrammata scripsere, Martialis &  
Ausonius. Sunt & alij Poetę quos nondū  
cōmemorauimus: Tibullus, Catullus, Pro-  
pertius, venusti admodum sed impudici.  
Malim verò Prudentij Christianissimum  
poema, horum loco legi. Oratores omniū  
maximi sunt Fabius, Quintilianus, & prin-  
ceps M. Cicero quem ego perpetuo Stu-  
diosorum manibus voluendum esse puta.

Ex Historicis verò si breuitatem & incre-  
dibile artificium cupis, lege Salustium, si  
copiam & insignē eloquentiam Titum Li-  
uiū. His iungere potes Iustinū, Suetoniū  
Cæsarem, & si multa paucis velis, Valeriū  
Maximū, aut si malis singulos atq; omnes  
apud vnum loquentes iugi historia, lege  
Antonium Sabellium. In Geographia præ-  
stat asuesci Pompōio Melę, huic iungendę  
sunt

sunt tabulæ Ptolomæi: addendus Strabo,  
& Solinus.

Inter Medicos præcipui sunt Hippocra-  
tes, & Galenus, permultum verò iuvat Pli-  
ni<sup>9</sup>. Sordidiores in delitijs habet Auicenâ. *Medici:*

In Ius ciuile nemo scripsit eruditius quã  
Guilielmus Budæus in opere Pandectarũ  
& Zasius Friburgensis: qui verò laudibus  
vehut Bartholum & Baldum stupidi sunt.  
Et hætenus Latinos authores commemo-  
rauimus, nisi quod Ptolomeus, Strabo, Hip-  
pocratem & Galenum nominauimus Geo-  
graphia, & Medicina auctores Græcos. Re-  
censeamus nunc Græcorum præcipuos. *Iuridici:*

Varia & erudita apud Græcos scripse-  
runt Lucianus & Plutarchus viri vndiqua-  
q; doctissimi. Inter Philosophos principa-  
tum tenet Plato, deinde Aristoteles: Quan-  
quàm ego in huius quoq; libris delectum  
haberi velim. Poetę optimi sunt Homerus.  
Hesiodus & Euripides, sunt & Epigram-  
matum scriptores. Oratores fuerunt: De-  
mosthenes, Isocrates, Aristides, & Philo-  
stratus. Inter Historicos nomina tissimus  
est Thucydides, Iosephus dein-  
de: Est & Pausanias, Hero-  
dianus, & Diogenes  
Laertius. *Græcos au-  
thores enis-  
merat.*

## DE INSTITVTIONĒ

tandi, corrigendi, vituperandi, refellendi, disputandumq; de omni re in contrarias partes: & quicquid erit in quaq; re, quod probabile videri possit, eliciendum atq; dicendum. Perdiscendum Ius Ciuile, cognoscendæ leges, percipienda omnis antiquitas, Senatoria consuetudo, Disciplina Reipub. Iura sociorum, fœdera, pactiones, causa imperij cognoscenda est, libandus est etiam ex omni genere vrbauitatis, facetiarum quidam lepos, quo tanquam sale perspergatur omnis oratio. Et hætenus de prophanarum literarum lectione.

### QVAS AD RES CONFERAT

*studium prophanarum literarum.*

**C**onducunt autem hæc studia plurimum ad sacras literas interpretandas, quemadmodum omnes hinc norunt qui Scripturas diuinas tractarunt: atq; ex ijs in dicijs conuincuntur, quæ paulò post subiungemus. Deinde reddunt verè prudentes, quippe cum sana cõsilia hinc petantur. Hoc quidem Romano senatu olim videre licebat, qui cum esset ex doctissimis viris Cicerone, Catone, Cæsare, Portio, alijsque eruditissimis hominibus collectus, nihil apud illos temerè, nihil pudendè, nihil deniq; imprudens aut pernitendum gerebatur.

*Humane  
literæ red-  
dunt verè  
prudentes.  
Romanus  
senatus ex  
quibus vi-  
uis olim  
collectus.*

tur.

zur. Efficiunt item hæc studia vsq; adeò *sa Sapientes,*  
 pientem, vt in rebus humanis nihil ferè ad  
 duci possit, quod exactissimè tu non noue  
 ris. Sed & mores instituunt, honestatem in *Mores in-*  
 serunt, bonarum rerum amorem plantant, *stituunt.*  
 malarum verò odium gignunt, familiares  
 quoq; lepidos & humanos efficiunt. Hinc *Humana*  
 humanæ & bonæ literæ dicuntur. Quòd si *& bonæ*  
 de re quapiam differendum sit, si docendū, *literæ cur*  
 laudandū, vituperandum, hortandum, mo *dicantur.*  
 nendum, dehortandum, si accusandum aut  
 defendendum fuerit: subministrant studia,  
 cum verba, tum rem ipsam. Hæc si homo  
 non possideat, non video quomodo homo  
 dici possit, aut quid hominis, nisi ipsum no  
 men habeat. Cum ergo humanæ literæ ve  
 rè homines ex nobis ipsis efficiant, cum bo  
 ni absq; istis ægrè simus, cum non modicè  
 ad sacras literas interpretandas ac verè in  
 telligendas conferant, debent nimirum ab  
 omnibus ingenuis & verè studiosis non  
 negligi, sed maxima diligentia addisci. Re  
 stat vt dicamus de lectione sacra.

DE LECTIONE SACRA  
 rum literarum.

**Q** Vi oratoriam tradunt ab Oratore *Quid ab o-*  
 suo exigunt, vt sit vir bonus: quod *ratore exi-*  
 gasur.